

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dissertatio Philologica Qua Al Tehî Tsadik Harbeh Ve-'al Tirsha' Harbeh Sive Nimium Iustitiae Et Improbitalis Salomonis, Coheleth. VII. 16. 17. ...**

**Clauswitz, Benedikt Gottlieb  
Keyselitz, Gottlieb**

**Lipsiae, 1721**

**VD18 11528834**

§. XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130295](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130295)

pescendi & desolandi significatum recipit. At si ex Hith-pael derives, quæ via expeditissima videtur, tum significatu obstupescendi vox exponenda foret.

§. XII.

וְאֵל תְּרַשַׁע חֲרֹבָה, verbum רשע improbum esse & improbe agere notat, i. e. secundum interpretationem R. Levi declinare הֲרַאֲיִי מִרְבֵּר ab eo, quod decet & justum est, in genere notat eum qui a lege divina desleclit, ejusque violatæ reus est. In specie vero etiam in particulari causâ de qua disceptatur, reum denotat, ut Jobi X, v. 7. 15. IX, 29. quo sensu etiam adjectivum רשע occurrit Exod. II, 13. Es, V, 23. Inprimis ea est notio verbi in Hiphil, ut non tantum injuste agere, sed etiam condemnare notet. Prov. XVII, 15. Pf. XCIV, 21. Job. X, 2. Significatus inquietandi si huic verbo tribuendus optime id ex Job. XXXIV, 29. fieret. Quod si nunc ad usum hujus vocis in nostro Coheleth attendere velimus, ipsum verbum extra locum hunc nostrum in eo non occurrit. Adjectivum tamen רשע, & רשע nomen adhibetur tum de injustitia causæ in specie, Coh. III, 16. 17. qui versus inprimis v. 15. Cap. nostri videtur esse parallelus: tum de impietate in genere, Coh. VII, 25. VII, 8. 10.

§. XIII.

וְאֵל תְּחִי סָכָל. Notat vox סכל stultum, qui טֹפֵּה opponitur. et si טֹפֵּה שכל quod prudentem notat ipso sono maxime sit cognata solo ס ab eo differens. Quorum harmoniam & disconvenientiam nescio an satis accurate evolverit Coccejus, (f) dum ex scripturæ locutione, quæ mentionem facit טֹב שכל colligit dari etiam שכל טֹב טֹב לֹא quod סכל per ס dici arbitratur. Proprie autem a radice סכל descendit, quæ stultum reddere est. Obvia autem est nostrum סכל in Coh. II, 19. X, 3. 14. Stultus vero est Salomoni omnis, qui de bono & malo hominis perversè

B 3

fe

(f) Coccej. in Lex. sub voce סכל p. 568.